



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Exercitium Divinum De Praesentia Dei

Arias, Francisco

Herbipoli, 1612

Prooemium Avctoris In Exercitium De Præsentia Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50314)

PROOEMIUM

3

AVCTORIS
IN EXERCITIUM DE

PRÆSENTIA

DEI.



*Ve*madmodum Do-
minus aliquis ac-
curatam omnium
facultatum suarū
rationē subductu-
rus, primūm eas in varias par-
tes, aestimato, conscriptoq; sin-
gularum pretio, diuidit, deinde
verò omnes simul collectas ad
vnā summam reuocat: Sic
nos, cūm hactenus aliquot di-
stinctis tractatibus, multa va-
riaq; ad progressum in vita spi-
rituali faciendum media atq;
exercitia copiosè præscripsi-
mus, cogitamus ea omnia hoc
A 2 libello,

libello, ad unum aliquod exercitium velut omnium caput, summam, & compendium contrahere. Hoc autem exercitiū in eo uno vertitur, ut in omnibus studijs, actionibus, & negotijs nostris Deum O. M. quasi oculis mentis presentem, nostraq; omnia etiam cogitata intuentem, & spectantem cernamus, ac toto cordis affectu in eundem feramur. Nam cum in hac vita mortali nobis copia non sit, & potestas clarè, atque facie ad faciē videndi Deum, quod proprium est beatorum cum Christo regnantium, id saltem conniti debemus, ut oculis diuinæ fidei, sanctæq; contemplationis eum quasi presentem, cum reuera, licet inuisibiliter

liter

PROOEMIUM. §

liter praesens sit, aspiciamus, ac
quoties licet, sincero eum amo-
re complectamur. Egimus qui-
dem de hoc sancto Exercitio in
Tractatu de oratione, cum ex. Tract. §
poneremus, quid sit, Praesentem p. 1. c. 3.
sibi sistere Deum, quamq; pre-
stans & efficax hoc sit medium
ad colligendum animum, divi-
narumq; reru Meditationem
cum fructu instituendam: ve-
rum in hoc opusculo paulo ac-
curatius fusiusq; de eodem ar-
gumento agemus, quatenus
valet ad eximium profectum
in omni virtutum genere faci-
endum, donec ad earum fasti-
gium, hoc est, perfectam &
omnibus numeris absolutam
cum Deo unionem peruenia-
tur.

6 FRANC. ARIÆ EXERCIT.
QVAM NOBILE ET SALV-
tare exercitium sit, Deum in actio-
nibus suis præsentem
sistere.

C A P. I.

P E R M V L T A quidem præstan-
tissima iuxta ac vtilissima sup-
petunt media & exercitia ad
perfectas virtutes cōsequendas,
nullum tamen meo iudicio præ-
stantius vtiliusue est hoc iplo de
quo agimus, si quemadmodum
conuenit instruat. Quicquid
enim boni alijs inest, in hoc vno
quadantenus continetur: quic-
quid cæterorum beneficio in vi-
ta spiritali efficitur, huius quoq;
opera obtineri potest. Hoc vnū
seruum Dei & incitat, & excitat,
& inflammat, vt reliqua omnia
media re ipsa exercent, vt subsi-
dia ad veras solidasque virtutes
com-

com-